



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita Et Institvto S. Ignatii Societatis Iesv Fvndatoris.
Libri Qvinqve**

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1665

XXIV. Tutela, fiduduciæ Ignatij in Deo reposita.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10840

gis Catholici ad Papam legato , quem honoris gratia visibat , exceptus solito frigidiusculè , hinc ortum putau quod Societati cum esset intimus auctoritatem qua summa valebat doleret in nullo ab Societate adhiberi , & Ribadeneiræ quem comitem duxerat , significauit ab annis triginta doctum se à Deo humanis vti præsidiis in rebus etiam ad Deum spectantibus , haud quaquam tamen iis ita nití , vt eam haberet confidentia anchoram , nec se id legato dissimulaturum , vt intelligeret suam nobis beneficam gratiam , fiduciae illius dispendio non interpellandam , qua spes omnes nostras à Deo præcipue suspensas habere nos decebat .

XXIV.

*Tutela, fiducia Ignatij
in Deo reposata.*

Diuinæ opis fiduciam quam enarrauimus , aliis magis Ignatius quam sibi contulit . Quæ verò propriè illum tangit , eam ex tota eius vita relegi opus sit , quæ fuit quidam illius mutuus pro Deo satagentis ; cum Deo vicissim tuente , ac fauente conflictus . Hinc susceptra pro Dei honore ardua , extrâque spem posita ; reiectum quicquid humani subsidij poterat , confisum Deo minuere animum ; aduersorum contemptus , quæ vitam aut famam impeterent ; aditus periculorum continuí , sed ita sereni , & alacres , vt si aut mari tranquillo luderet , aut in Dei sinu quiesceret . Vice verla Deus , quanta , quam varia , & admirabili tutela , egenti succurrit , periclitantem confirmauit , defendit vexatum & supra quam fore videbatur ad metam perduxit quam in salutem animarum sibi præfixerat . Barcinone testes sanctimoniac radios ex eius mendici facie vibauit , quo à nobili matrona eiusque coniuge reuerenter ac liberaliter haberetur . Venetiis pij Senatoris beneuola reprehensione , iacenti in publico , domi eius hospitium parauit . (Patauij , vt omnes tunc temporis externi , pestilentiae suspectum) , in urbem tamen vti promiserat induxit , custodum vel oculis vel animo ne aspergibilis fieret præcauens ; Cyprum nauiganti , ventum iussit reflare salutarem , quo toties nautæ in altum reieci sunt , quoties deserto in scopulo scelesti exponere illum voluerunt . In Palæstina à mancípio Armeno barbarè acceptum , manifesta Christi præsentia diu recreauit , omnem tollens inflecta ab eo iniuria sensum . Illusum à Nauarcho , & reiectum iussimque sanctitate pro nauigio vti ; vltus est Deus Nauarchi naufragio , dum interim quæ sanctum portabat nauis gratuita , portum , licet vetusta , & quassa tenuit . Exagitato passim Dei causa calumniis , cognitionibus , carcere , Deus amicorum , patroni , defensorum quos recusauerat , & denique omnium loco fuit , restituítque in eum famæ gradum , vt suspiceretur tanquam alter in catena Paulus . Compluti miserum , traducti ab se Ignatij fidem tanquam rogo digni , ignis adprecatione confirmantem , eo ipso die , igne domi consumpsit , ne qua Dei seruo ex illius imprecatione suspicionis fuligo adhæret . Adornatam insonti Parisiis publicam , & infamem pœnam , in publicum illi triumphum conuertit . Rectore Collegij , palam ipsius genibus aduoluto . Parisiis item ob adiunctum sibi Xauerium gladio appetitus subiacta ope seruatus est , exterrente homicidam Deo , prosterrentēque ad eis pedes pro venia supplicem . Bassani ab socio transfuga , crenitæ postpositus ,

tus, & ab eo spretus eremita, utrumque honorem, miraculo duplici recepit, leuitate socij spectro terribili firmata; & docto cœlitus eremita de vera Ignatij sanctitate. Romæ tandem à fœda hæretici nota, quam coniurati calumniatores ei impegerant; à nece quam illi ferebat sacrilegus; ob admissum in Societatem filium, & ab uno è suis pertinaciter aduersante, diuina bonitas illum eripuit: nam eosdem Romæ subministravit illi testes, quos in Hispania, Gallia, Italia, sanctimonie iudices laudatoresque habuerat; & vibratam in vulnus homicidæ manum repente siccavit (quæ pœnitudine postea in usum redit) & contumaciam socij se vulturum suscepit. Et vero huic in S. Ioannis Lateranensi Basilica, vir aspectu ferox flagello minatus est nisi Ignatio pareret, quod etsi terrore adactus fecit, eius tamen flagelli, tempore, & loco ictus sensit, cuius solo horrore ad futuri emendarionem fuerat perculsus.

Hac consensione animi & curatum, semper Deo Ignatius, Deus Ignatij studuit, quod est mutuo ardenter amantium: in quo Ignatius, ut coram Gregorio X V. Cardinalis de Monte, eximiè dixit, eius in arcano Cardinalium Senatu virtutes referens, martyrum, & mulitorum reuocauit exempla sanctorum, qui sui penitus obliti, de diuina gloria tantummodo lababant. Verum ut est amoris undeque perfecti, sui propter Deum semper immemorem viuere, sic ad eius quoque excellentiam amoris pertinet; propter Deum, numquam sui omnino obliuisci, hoc est habere seipsum semper in oculis, seipsum seueri examinis inspectione consulere, ad notandum ecquid forsitan insit, quod Deo non satis placeat. Qua in re certo affirmari potest fuisse Ignatium summè exquisitèque diligenter. Hora ei exhibat nulla quin colligeret sese, & quicquid per illam dictum, actum, cogitatum sigillatim ad lydium vocaret, ita quot horis currit dies, vultu animæ cultiori, Deo se toties fistebat ornator, nouisque auctus proposito, sequentis horæ occupatione vincendi præteritam. Vbi ardet ingens Dei amor, ibidem splendet & magna lux, in hac vero quid Deo placitum, aut secus certatur; & sollicitus utrumque oritur ambitus amouendi ab sese næuum quantumvis leuem, & pene oculos fugientem, etsi viris sanctis nihil leue, si Deo displiceret, cuius cum vrantur quam sui amore flagrantius, vltro inituti sint ignem quemuis ex quo emergant expiatores, vt mitum non sit ad hoc quamlibet illos diligentiam admouere, vel crebrum examen, vel acerbas de scupsis peñas. Aurum præterea diuinæ caritatis à metallico distat, cui ad supremam, natura vel arte, obfusam excocto, nihil dici potest ad auri excellentiam deesse; operibus vero caritatis sua inde perfectè dignitas, & excellentia, non constat quod concretione aliena insensibilium quoque defecatum nihil eorum legi aut pretio decedat. Sancti enim viri, Deo eiusque amore incensi, suam Deo vitam solent opponere; hoc est qualem, & vellent, & esse deceret attendere, vt digna Deo esset, ad quem cum nihil sit tam sanctum, quin multo vitio scateat, hinc sua omnia velut officio, rectoque imparia, lance assidua trutinant, ac novo meliorum

XXV.

*Summa Ig-
tij in purgans
do animo cu-
ra, illius
Examina.
forma parti-
cularis exa-
minis.*